habere debeat Raduhin, et Ermepertus cum coniuges suas idest Altruda, et Ermetruda, necnon et Eufemia germana eorum, quod quid Monas.rii S. Vincentij et ejus congregatio. Ideoque convenit ut pars Monasterij haberet Castanietum illum in Patenaria per designata loca, idest fine via publica usque in castanietum Brincoaldi, per carrariola usque in rivo ad caprifici signatum: et deinde ergo ipsum rivum usque in finem de servi Ultriani Gastaldei, et deinde per ipsos fines servi Ultriani usque in sepe fuscuuli servo Theodoracini qualiter reconiunget in finem Monasterij in integrum simul, et in eodem Loco condomas duas cona qui regitur per Crispulo Matriculo, et Maurisso germanis cum uxoribus, filiis, et filiabus, et omnia eorum pertinentia, et Rocculo cum duos filios suos, idest Sesspulo, et Cisullo, et noras ipsius cum omnia, quantum ad manus suas habere visi sunt in ipsum locum Patenaria. Similiter et condomas calbo prope civitatem Beneventanam ergo Monasterium S. Petri qui fuit de quodam Attini in integrum vineas petias duas, et campora duo; unde nobis nihil deservavimus; unde convenit ut haberet pars Raduhini, et Ermeperti cum coniuges suas, vel Eufemia germana eorum. In primis condoma in Mispano, idest Lagari, et Alari, seu Manulfus cum uxores, filios, et filias, et omnia eorum pertinentia. condoma in casale Crispano, Maroaldus cum uxore, filijs, et filias, et omnia eorum pertinentia: et condoma in casale Vecticano, Jubiolus, Prasoaldus, Guettulus cum uxoribus, filios, et filias, et omnia eorum pertinentia, qualiter hęc omnia superius scripta à Godescalco Duce in Monasterio offertum fuerat; reliquas verò res q. Godescalci qualiter ejus offertio continet, habeat pars Monasterij S. Vincentij absque ulla contradictione istorum, vel heredum ipsorum, et si qua pars parti contra hęc omnia scripta ire quandoque tentaverit, vel removere pręsumpserit, componat pars parti fidem servanti pęnę nomine auri solidos mille, et pręsens cartula convenientię in sua maneat firmitate, et hoc stetit inter eos, ut unus alteri ab omni homine defensare deberet, et si defendere minimè valeret, et probata fuerit causa in duplum unus alteri restituet, in quantum defensare minimè potuerit. Similiter et sint à modo cassatę, vel corruptę, nullum in se habentes roborem, neque manus conscriptas, neque judicata, vel Pręcepta quę Aystulfus Rex emisit de s.a scripta convenientia; sed tamen istę amodo conscriptę stabiles, et inviolatę suum debeant conservare roborem; Quas enim duas cartulas convenientię uno tenore conscribere, sibi ad invicem tradiderunt, et me Aldefrid Notarium scribere rogaverunt. Actum Benevento mense, et Indictione suprascripta. feliciter.

Venerabilis verò Abbas Joannes completis in sacro regimine annis 7.

mens-